

Ioannes de Curcy. familia fuit Ioannes ille de *Curcy* Vltoniae in Hibernia expugnator, quem ad animi magnitudinem, gravitatem, omnesque alias virtutes magnum hominem & excelsum finxit natura, cuiusque spectatae fortitudinis memoria ex annalium Hibernicorum vetustate est eruenda. Inde ad *Sterpoint* prominet sensim littus, ubi duo totius agri maxima flumina conflua uno ostio se evolvunt, **Vzella** æstuarium Ptolemæo dicitur, ab *Iuell* flumine, quod jam antequam huc deveinerit, nomen depositum. Oritur vero inter Duroriges, & quamprimum Somersettensem agrum ingreditur, *Iuell* forum frequens suo nomine donat, rivulumque recipit, ad quem *Camalet* mons acclivis, & ascensu difficilis, in cuius vertice visuntur intermortui castrum expressa vestigia, & egestæ terra vallum triplex, quod suo ambitu xx jugera includit. Incolæ *Arthuri Palatium* dicunt: Romanorum autem opus fuisse, Romanorum numismata indies eruta docent. Quo autem nomine illis notum plane ignoror, nisi sit, quod Ninnii Catalogo *Caer Calemon*, pro *Camelion* transpositis literis appellatur. *Cadbury* viculus proximus conjectura satis probabili videatur fuisse illud *Carbbregion*, ubi Arthurus Saxones (ut author est Ninnius) memorabili prælio profigavit. Alterum hujus cognominis *North Cadbury* dedit Rex Henricus Tertius Nicolao de **Moeles**, qui duxerat Hawfiam, alteram hæredum Iacobi de *Novo-mercato*, cuius posteri diu summo honore claruerunt, donec Ioannes sub Edwardo Tertio moriens duas tantum reliquit filias, *Murielam*, & *Isabellam*; hanc *Guilielmi Botereaux*, illam *Thomæ Courtney* uxorem.

Ischalis. Iuelcester. *Iuellus* flumen hinc *ISCHALIN* à Ptolemæo memoratam petit, nunc *Iuelcester*, Ninnii catalogo, ni fallar *Pontael Coit* pro *Pont Iuel Coit*, id est *Pons ad Iuell in sylva*, Florentio Wigorniensi *Giuelcester*. Foro, & antiquitate sua tantum hodie celebris, Romanorum enim Cæsarum numismata aurea, ærea, & argentea subinde hic effodiuntur. Olim amplam fuisse, & dupli mœnium ambitu circumdatam ex ruinis appetit: sub ingressum Normannorum frequens erat, septem enim supra centum Burgenses numerabat. Tuta etiam tunc temporis & munita, siquidem anno salutis **MLXXXVIII**, cum Angliæ optimates nefaria opprimendi Regis *Guilielmi Rufi* consilia iniissent, ut Robertum ejus fratrem Normaniæ Duceum in Regiam dignitatem eveharent, Robertus *Moubray* vir bellicosus, cum Bathoniæ succendisset, acriter, verum frustra hanc oppugnavit; sed quod ille non poterat, tempus nunc tandem quodammodo expugnavit.

Michelney. Pedred fl. Pedder-ton. Paulo inferius *Iuellus*, & *Pedredus* confluentes insulam amnicam moluntur *Muchelney*, id est, *Insula magna*, dictam, in qua parietinæ visuntur veteris monasterii, quod Athelstanum Regem construxisse memorant scriptores. *Pedred* vulgo *Parret* in ipso Australi provinciæ limite promanat, obliquiori alveo per *Crockherne*, Saxonice *Cpuecne*, & *Pedderton*, cui nomen fecit, olim *Pedridan*, in regiam, quod nunc tantum foro, & nundinis celebré, quæ *Henricus Daubeny* à Rege Henrico VI impetravit, delatus, hic *Iuello* influit, non menque eripit. Quum in decursu à **III** ad **Ortum Britannia.**

millari, *Montem Acutum* salutarit, quem Comes **Montacu-**
Moritonii frater *Guilielmi Primi* uterinus, qui **te in De-**
castrum in ipso montis vertice, & cœnobium ad
ipsius radicem posuit, sic dixit, eo quod sensim
acuto apice attollitur; antea enim *Logoresburg*
vocabatur, & *Bischopeston*. Castrum vero ante
multos annos disparuit, axis ad cœnobium, &
ædificia alia instauranda asportatis. In ipso au-
tem montis vertice positum erat postea Sacel-
lum S. Michaëli sacrum, fornice & tecto ex soli-
do faxo affabre constructum, in quod etiam per
quingentos fere passus faxeis gradibus per mon-
tis circuitum ascendebatur. Nunc monasterio,
& facello diruto, maximo sunt ornamento ædes
perquam speciosæ, quas *Vir CL. Edwardus Philips*
Equestris ordinis, & *Regius* ad *Legem serviens* nu-
perime ad montis radices construxit. Nomen
hic locus fecit honoratissimæ familie de **Monte-**
acuto, quæ à *Drogone Iuvene* originem traxit. E
qua quatuor Comites fuerunt *Sarisburia*, ulti-
mus filiam unicam reliquit *Aliciam*, quæ ex Ri-
chardo *Nevill* suscepit *Richardum Comitem Il-*
lum Warwici celeberrimum, *Angliae* turbinem, &
Ioannem Marchionem de Monte-acuto, qui ambo
cediderunt in prælio *Barnetensi* **M C C C L X X I I**.
Titulum autem Baronis de **Monte-acuto** Henrico
Polo, qui natus ex *Margareta* filia *Georgii Ducis*
Clarentiæ è filia *Richardi illius Nevill* Comitis
Warwicensis, contulit *Henricus Octavus*, eun-
demque statim capite truncavit, & postea *Mari-*
zia Regina Antonium Brown, cuius avia fuit filia
Ioannis Nevill Marchionis de **Monte-acuto**, nomi-
ne & honore Vicecomitis de **Monte-acuto** hono-
ravit, quo nepos ejus è filio hodie gaudet.

Odcombe huic adjunctum licet tenue oppidulum **Odcom-**
non omittendum, cum Baronem suum habue-
bit *Guilielmum de Briewer* (sic enim ejus pater
quia in * ericeto natus, denominatus) cui cum
aulica fortuna blandiretur, & Rex *Richardus*
primus in deliciis haberet, amplexabantur &
fovebant omnes, fortunas paravit amplissimas,
filiaque (nam filius sine sobole obiit) suis nu-
priis familias de *Breos*, *Vake*, *Mohun*, *La-fert*, &
Percy magnis possessionibus auxerunt. *Stoke un-*
der Hamden huic vicinum subdidet, ubi *Gornaii* **Gornaii**
suum castellum habuerunt, & Collegium con-
struxerunt. Hæc familia de *Gornaico*, & vulgo
Gornay dicta, in primis antiqua & illustris erat,
ex eadem stirpe qua *Warrenni Surriæ* Comites
& Mortuomarii propagata; verum superiori sa-
culo defecit, & eorum hæredia nonnulla per
Hamptonos in equestrem Newtonorum stirpem
descenderunt, qui se è Wallia prognatos, & non
ita pridem *Caradocos* dictos libenter agnoscent.
Nec racendum *Matthæum Gournay* hic sepultum
fuisse, virum bellicosissimum regnante Edwardo
Tertio, qui 96 ætatis anno diem obiit, cum
(ut ex inscriptione videre licuit) obsidioni *D' al-*
gizer contra Saracenos, præliis *Benamazin*,
Sclusensi, *Cressiaco*, *Ingenos*, *Pictavensi*, & *Na-*
zarano in Hispania dimicasset.

Irrigat deinde *Pedredus Martock* mercatorium
oppidulum, quod olim *Guilielmus Boloniensis*
Regis Stephani filius *Faramusio de Bolonia* dedit,
cujus unica hæres *Sibylla Ingelamo de Fienes* in
matrimonium data fuit, à quo descenderunt *Fie-*

Montacu-
te in De-
meday
Monta-
gud.
Annales
Glaston.

*
Domini
de Monte-
acuto.

*
Heath.
Briewri
Barones.

Gornaii
Newtoni.